Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

M. Augusti Varenii, Hebr. Ling. in Illustri Rosarum Academiâ Professoris Publici, Azkarot seu de Divinis Nominibus Tractatus Succinctus Iam ante in praelectionum publicarum exordijs prolixius propositus

Rostochii: Keil, 1645

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314/phys_0001
DFG

Fc 3588.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727098314/phys_0003
DFG

M. AUGUSTI VARENII,
Hebr. Ling. in Illustri Rosarum
Academiâ Professoris Publici,

אזכרות

seu de

DIVINIS
NOMINIBVS

Tractatus Succinctus

Jam ante in prælectionum publicarum exordijs prolixius propositus.

ROSTOCHII
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLV.

Fc-3588.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Magnificis, Nobilissimis & Consultissimis Inclytæ Reip. Luneburgensis Consulibus, ut & Amplissimis, Prudentissimis ejusdem Reipubl. SENATORIBUS. Viris & natalium splendore præstantibus, & virtutis excellentiâ spectabilibus, Sympatriotis & Fautoribus honorandis.

S. P.

CElebre est, Viri Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, illud Dionys. lib. 3. de Myst. Theol. *Noster intellectus triplici via â rebus creatis ad DEI notitiam provehitur, via nimirum eminentiæ, negationis & causalitatis*, quæ ipsa posterior via, quam abstractivam vocant DEI cognitionem (comprehensiva enim DEI cognitio nulli planè creaturæ: intuitiva verò futuræ demum vitæ convenit) præ utraq; priore viâ, nobilissi-

ma & meritò cluit. Τὰ γὰρ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Illa, ipsa tamen, quæ est in via causalitatis cognitio, fide demum, seu, quæ fidei objectum est, revelatione perficitur, & per Divina nomina, quæ nostri de DEO conceptus sunt Symbola, designatur. De his ipsis sed illustrioribus *Divinis nominibus* præsentem discursum instituì. Et prolixam quidem nominum Divinorum in notionalia. personalia, essentialia, distinctionem, ut & illud; an quædam nomina, seu vocabula Divina de DEO, & Creaturis dicantur ὁμωνύμως, an συνωνύμως, an ἀναλόγως, præscindere & alijs relinquere volui, ratus id mihi negotij potissimùm dari, illa, Divina nomina, quæ reperire licet in Hebraica Mosis & Prophetarum scriptura, breviter explicare. Apud Rabbinos quidem frequentia sunt Divina nomina שם item שמים ut vel ex illa, trita exordij formula בשם patet, quin illa ipsa, quæ ex multis allegavi, nomina ἔγγραφα esse colligo ex Daniele

qui

qui quod paulò antè dixerat: עליא
די שליט repetit versu sequenti per
די שליטין שמיא c. 4. v. 23. (adde quod
nomine שמים non rarò Angeli â para-
phrastâ Chaldeo intelligantur, ut vel
ex uno, qui est Jobi 15. v. 15. loco con-
stat, ubi quod est in fontibus Hebraicis:
שמים לא זכו בעיניו *Cœli non sunt mundi*
coram eo, Chaldæus expressit: קדמוי
ואנגלי מרומא לא זכאין *Et Angeli ex-*
celsi non sunt mundi coram eo) quam prio-
rem veterem nominis שמים rationem
in Græcâ etiam obtinere N. T. scrip-
turâ probabiliter quis colligere posset
ex illo; ἥμαρτον εἰς οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου
Luc. 15. 18 sic de nomine divino שם
consuli potest utrumq; Targum in Le-
vit. 23. 11. sed hæc & cœtera quæ simi-
liter vocare licebit *Divina Nomina*,
nunc examinare non institui: Hiero-
nymus in epist. ad Marcell. Decem re-
censet DEI nomina: At illum solam vo-
cem zebaoth pro peculiari Divino no-
mine minus recte venditare, infra do-
cebitur. De nominibus illustrioribus

velut Tetragrammato seu glorioso Divino nomine & cœteris in hoc tractatu breviter mentem expedio: quem vobis Viri Magnifici, Consultissimi, Fautores ac Sympatriotæ venerandi plurimis nunc occupationibus impeditus inscribo, velut publicum aliquod mei in Vos & illam, quam vos feliciter moderamini, Rempubl. affectus, σύμβολον, quod ut vobis serenâ fronte alluceſcere sinatis, & optima quæq; vobis, vestrisq;, quos ad hanc Academiam ablegaveritis, deme promittatis, obnixè â vobis contendo. DEUS ter optimus maximus Reipubl. Vestræ, totiq; Provinciæ, Patriæ meæ dilectissimæ, felicia & ad usq; supremam mundi παυολεθρίαν perennatura concedat halcyonia, ut dum passim squalent & gemunt Justitiæ Musarumq; delubra Vestra tamen Respub. nostra Academia, sed & utraq; Provincia floreat; & ab ipsius, quod sustinet, oneris magnitudine robur ac incrementa sumat, quem eundem DEUM, ut vos in ulteriorem

riorem nobilissimæ vestræ Reipubl: splendorem & felicitatem quam diutissimè sospites ac incolumes servet, ex animo veneror. Dabam in inclyta Rosarum Academia 21. Julij Anno 1645.

Magnif. & Amplit. V.

Officiosè colens

M. Augustus Varenius,
Acad. Rost. Profes-
sor publ.

De Nomine Glorioso יהוה

Tria sunt nomina DEUM ab existentia suâ denominantia, scilicet יהוה & יה & אהיה. Primum patet ex Exod. 3. 14. Secundum Exod. 15. 3. Tertium ex Psal 68. 5. dequib⁹ ait Aben-Esra in Exod 3. 15. אלה השלשה שמות הם שמות העצם ומגזרה אחת: Dicam igitur nunc ordine primò omnium *de gloriosissimo & sanctissimo Divino nomine* pauca: Sed scitu necessaria. Nomen hoc nulli planè creaturæ, nec Angelis, nec Idolis, ut interdum fit in אלהים: sed uni & Soli DEO competere testis est ipse DEUS Esa. 42. 9. Ego יהוה: hoc est nomen meum: ad quem locum commentatur Aben-Esra: זה שם הנכבר כי אין במקרא שם העצם לברו רק זו לברו nec id à doctioribus Judæorum Magistris vel Rabbinis negari video. Synonima ejus κατ' ἐξοχὴν in suppositione materiali sunt, quod Hebreis שם בן ארבע vel שם של ארבע אותיות: Græcis *Tetragrammaton* vocatur cum alias & nomen אהיה & אדני

quatuor constet literis quod & Nomen Aleph, Daleth: sicut & hoc nomen *Jod, He, vâv, He*, aut brevius *nomen Jod, He vocant*. In suppositione formali plurima sunt ejus tum simplicia, tum conjuncta Synonima ut quod השם *Nomen illud* ex Levit. 24. 11. item שם הנכבר *Nomen Gloriosũ* שם העצם *nomen essentiæ*, שמא רבא ויקירא *Nomen magnum, pretiosum* item שם המיוחד seu *nomen* DEO *appropriatum* vocetur: quorum omnium exempla in Targum & Rabbinorum Scriptis videre licet innumera. Interpretum quidam illud retinent, ut in paraphr. Chaldaicis, Tremellio &c. videre licet: Græci per nomen Κύριος. Vulgata & Munsterus per Dominus: Lutherus per HERR majusculis ferè literis ad differentiam אדני expressêrunt. Rabbini dicunt בשם המיוחד *seu in nomine hoc* DEI *proprio comprehendi tria tempora* היה הוה יהיה quæ etiam sunt literæ nominis istius: hinc illud Apocalypsis interpretatur: ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ Ἐρχόμενος, ut ita ex Ebreorum sententia nomen hoc involvat indivisibilem DEI durationem seu æternitatem, quæ à nobis quodammodo concipitur per tres temporis differentias, æternitati Coexistentes. Cabalistæ, & Judæorum Magistri ut nomini *Elohim* מדת הדין seu *proprietatem judicij*: ita nomini huic glorioso מדת רחמים

seu

seu *gratiæ notationem* tribuunt: Posterius constanter fundant in Psalm. 103. & capite Exodi 34. 6. ubi per 15. מידות nomen hoc tremendum explicatur יהוה יהוה quæ verba DEUM ipsum locutum esse Mosi cum monstraret ei vias suas testis est David: *Notas fecit vias suas Mosi* statim additur רחום וחנון יהוה. Hinc, inquiunt, in præcepto Secundo conjungitur *Jehova Elohim* (יהוה אלהיך Exod. 20) ut innuatur מדת הדין v. 5. *Visitans iniquitatem Patrum* & מדת רחמים seu *proprietas misericordiæ* in verbis: *Et faciens misericordiam* &c. Illud observatione quadam cognoscere licet præter illam *gratiæ & æternitatis notationem absolutam essentiæ divinæ perfectionem* nomine illo πρώτως significari ita ut DEUM ejus naturæ indicet, quæ sit æterna, constantissima, omnis mutationis & varietatis expers, perpetuò misericors, & inexhaustâ ad tribuendam misericordiam voluntate. Ulterius nôminis illius vim explicare nec propositi nec facultatis est humanæ, cum illa majoris sit sublimitatis quam quæ ab humano intellectu comprehendi perfectè possit. Patet hinc *quare Mosche absoluto demum & perfecto creationis opere nominis hujus meminerit* cap. 2. 4. *& id cum nomine divino Elohim* quo solo in creationis historiâ fuerat usus, *conjunxerit*, scilicet ut creaturæ totiusq; creationis perfectionem notaret & creatorem, quem

Elohim semper c. 1. nominaverat, unum DEUM esse demonstraret, & שלוש פעמים באחדות הויות seu pluralitatem personarum in simplicissima & perfectissima divinitate confirmaret. *Quod* vero *nomen hoc longè ante Mosen Patribus fuerit cognitum*, satis evidenter afferunt loca Gen. 15. 7. c. 28. 13. Hinc laudandus sane Rabbinus ben Esra qui ad caput Exod. 3. 14. ita commentatur עתה בקש משה מה שם יאמר לישראל משמותיו כי בשם אל שדי לא נודע אותות רק בשם הנכבד: ואמר רבי ישוע כי קבלה היתה לישראל מאבותם כי המושיע לישר׳ יגלה שם חרש לא נשמע וכאשר ראה אני ויו אשר הוצאתיך מאור כשדים פירש בו כי הם דברי משה: ולא דבר נכונה כי איך יכתוב משה שם שלא הזכירו השם Rectè dicit Rabbinus quod per Nomen gloriosum Moschefecerit in Ægypto miracula: rectè item refutat R. Josuam, qui *nomen hoc Mosi demum revelatum: cæteris vero omnibus Antecessoribus Patriarchis incognitum fuisse statuerat.* Argumentum Rabbini tale est: Aut DEUS Illud: *Ego Jehova*: Abraam item illud: *Adonai Jehovi* locutus est: aut non. Si prius E. nomen hoc gloriosum cognitum fuit ante Moschen. Si posterius: E. Mosche crimen falsi commisisset: quod

quod cum dicere sit absurdum: verum manet id quod primò dicebatur. Nec id negatur per locum Exodi 6. 2. ubi DEUS ad Moschem: *Apparui quidem*, inquit, *Abrahamo Iizichako, Jacobo* באל שדי: at Nomine meo *JEHOVAH non sum cognitus* vel *non innotui eis* (particulam enim ב ex inciso priori subinrelligendam esse cum Doctissimis interpretibus Judæorum & Christianorum *vi vocis* נודעתי *& oppositionis* statuimus, adeoq; vulgatam quæ illud per *non indicavi* reddidit, rejicimus) hoc vult dicere: *Illis, Abrahamo &c. tantum per visiones & Somnia, non per tam stupenda, quæ nunc exhibere constitui, miracula innotui. Illis promissionem quidem feci: at illius perfectionem & complementum, quod nunc facere incipiã non exhibui* videatur. de hac promissione locus insignis in fœdere בין בתרים quod describitur Gen. 15. 13. 14. Sicut igitur in *creationis*: ita hic in *Specialis illius promissionis complemento*, vel *perfectione innotuit DEUS innomine Jehova* quod ipsum hoc nomine glorioso notari supra dixi. Non igitur dubium ait R. אא in Exod. c. 6. quin ipsi etiã ante Mosen *Patres nomen hoc* quatenus est שם העצם *probè cognitum habuerint: licet non nisi in nomine* אל שדי *quod tamen utrumq; non minus DEI benedicti nomen est divina majestas illis innotuerit: Mosi vero primò omnium virtus ipsa Sancti hujus nominis significata fuerit. Nec enim*

quanta Mosis taata Patrum fuit in divinis manifestationibus dignitas, cum hic facie ad faciem DEUM viderit, ipsum naturæ ordinem immutare & multo illustriora, qvam Patres, edere signa potuerit. Eodem modo textum hunc interpretatur Rabbi Salomo cujus verba cum totam rem videantur explicare, nunc interpretabor: Ita igitur Rabbinus locum illum παραφράζει: נראתי אל האבות באל שדי והבטחתים הבטחות ובכלן אמרתי להם אני אל שדו ושמי יי. לא נודעתי להם ;אין כתוב לא הודעתי. אלא לא בנדעתו ר״ל לא נכרתי להם במרה אמיתות שלו שעליה נקרא שמי יהוה באמן שהרי הבטחתום ולא קמוותי וגו i. e. *Innotui quidem Abrahamo &c. In El Schaddai firmiterq; eos in datam de obtinenda Canaan promissionem sperare feci: at verificationem seu complementum illius promissionis, quod notatur nomine meo Jehova non exhibui promisi saltem non reipsâ præstiti, licet & fœdere Gen 15. & jure jurando promissionem illis datam obsignaverim meq; ad eam præstandam obligaverim: Nunc verò gemitu filiorum Israel ingravescente, memor promissionis meæ Abrahamo in fœdere,* Gen. 15. *factæ, judicare constitui populum cui serviunt: Tu igitur dic illis: Ego Jehova &c. ad hoc te misi, ut ipso promissionis factæ complemento ostendam me*

veracem

veracem esse in promissionibus & itame manifestem in nomine Jehova. Egregiè satis explicuit hunc textum Rabbinorum ille, qui à suis פרשנרתא κατ' ἐξοχὴν dicitur: Patet hinc ulterius, quid de illâ Ebreorum traditione sit judicandum, quando: Mosen non per אל vel שרי (verba sunt Rabbi. in Exod. 3. 15.) Sed *per nomen gloriosum* יהוה *quod alio nomine* שם המפרש *seu nomen expositum vocant miracula sua edidisse dicunt.* Sanè, si paucorum superstitionem hic tollamus, rem ipsam dubio omni carere, neminemq; id negare posse puto. Sicut enim Apostoli in nomine JEsu dæmonia ejeciſſe, aliaq; stupenda, quibus doctrinam confirmabant miracula edidisse dicuntur in N. T. historia: Sic Mosem בשם יהוה (quod Schem hamphoraſch vocare possum, præsertim juxta illas, quas P. Galatinus, & ex illo Buxtorfius adducit, veterum expositiones) in Ægypto & deserto miracula edidisse, suamq; legationem confirmasse, docet integra trium legis librorum historia quin cum Messiæ in V. T. passim tribuatur hoc nomen glorioſum seu expositum יהוה, vel hinc constabit, illum, in ipsius Messiæ, adeoq; in Jesu nostri nomine non secus ac in N. T. Apostoli miracula edidisse. Nihil igitur in re ipsâ superstitionis Judaicæ. Quid nominis hujus cum nominibus אלהים & ארני conjunctio, Punctationis etiam in posteriori forma mutatio docet,

» ceat, alibi dicitur. Primum יהוה אלהים oc-
» currit Gen. 2. 3 Primum אדני יהוה Gen. 15.
2. 8. Ubi præter mysterium Trinitatis quod in hac
formâ posteriori connotari lubens Theologis
» concedo, hoc saltem addo. non nisi *in magnificis*
» *promissionibus*, *pathetico orationibus*, *vehementiss.*
» *mis precationibus* hanc formam reperiri vid. Deut.
3. 24. c. 9. 26. quæ & similia loca malè reddunt, qui
יהוה אלהים cum אדני יהוה confundunt,
licet horum ipsorum interpretum quidam non
subscribant communi illi quæ versionis hujus
causa videri poterat, sententiæ quod sc. nomen hoc
יהוה in conjunctione אדני cum per Chateph
sægol Cholé & chirek punctatur nominis
אלהים punctationem habeat, adeoque per
אלהים legi & explicari debeat. Sanè *non hæc tam certa sunt, quamquæ ad Sagram nec illos Carneades* esse puto, *qui per Jehova & Jehovi legendum esse contendunt*. Dixi quædam de nominis hujus divini *excellentiâ, antiquitate, significatione*. Restat de illius *punctatione & cum nomine* צבאות *conjunctione*.

De Nominis Tetragrammati Punctatione.

NOminis glorioſi præ cæteris excellentiam, significationem & genuinam antiquitatem, demonstravi & illud *multis ante Moſen*

Mosen seculis *Abrahamo* etiam *& cæterũ Patriarchis cognitum fuisse* ex clarissimo loco Gen. 15. deduxi, & simul locum Exod. 6. 1. 2. explicui, ostendens ex genuinâ nominis illius significatione quomodo sit intelligendum id, quod ipse DEUS in illo loco *se Patriarchis* אל שדי: Mosi verò בשם יהוה innotuisse dicit. Restat ut illam de diversâ nominis hujus glorioſi punctatione & lectione, controversiam pro ratione temporis breviter adducam. Longè igitur sanctius vetustissimis Judæis idipsum nomen fuisse, minusq; culpandâ religione illos ab illius pronunciatione abstinuisse certum est: sed & illud certum religionem illam nimiam in superstitionem abiisse & & ademtâ paulo post tempora Christi illius pronunciandi libertate illam per אלהים & ארני pronuntiationem consvetudine magis quam necessitate invalvisse. Hinc igitur illa qvam dicunt, per ארני & אלהים, si illud vel sequatur vel præcedat Tetragrammaton pronunciatio, quæ si Judæos spectes notabili satis innititur temporis præscriptioni: hinc celebres illæ nominis יהוה per literas duodecim item 42. expositiones quæ etiam nomini Tetragrammato denominationem *Schemhamphoraſch* dederunt. Celebres inquam illæ sunt: Sed Judæis & Christianis incognitæ: Illæ enim qvas P. Galatinus & ex eo Helvicus, Drusius,

Buxtorfius, adducunt expositiones evidens quidem veritatis argumentum præberent, si robur à vetustate Hebreorum haberent, videatur de illis Buxtorf. in Lex, ad vocem יהוה, cui addere possunt, quibus hæc res curæ est, aliam expositionem, cujus meminit אע in Exod. 14. v. 19. 20. 21. quæ fiat per LXXII. literas: *Quoniam*, inquit, *hi tres versiculi se invicem consequuntur, & singuli 72. constat literis, propterea Scriptum reperimus in sapientum libris, singulum quemq; versum Schembamphoraſch id est, nominis expositi s. Tetragrammati designare arcanum & meo quidem judicio quia Schembamphoraſch est 72. literarum*, Sapientes *nostri ita tradiderunt.* Ita אע, qui eodem loco provocat ad librum Raſiel: הרוצה לעשות שאלת חלום יקרא בתחלת הלילה פסוק ויהי שלשים שנה וג׳ כי הוא שבעים ושתים איתיות: At in eo vehementer fallitur: Versiculus enim quem adducit non 72. Sed 74. constat literis. *Librum* verò illum *Raſiel*, ut ut illum Judæi magnificiant *esse Cabalisticum*, *Magicum* testis est *P. Galatinus* & in Bibliothecâ Rabbinicâ *Buxtorfius.* Ita igitur religiosam Veterum Hebreorum, (qui quod videbant nomen hoc divinum Similem fermè habere punctatoinem cum אלהים & ארני piâ nominis illius reverentia ducti per hæc illud expresserunt, vel etiam, ut constantios

stantior esset illa traditio liberis suis punctationem illam esse אלהים & אלהי persvaserunt) illorum, inquam veterum intentionem corrupit prava superstitio quæ velut optatâ occasione usa superiorum Seculorum barbarie, facilis omnes Christianorum doctores in sui convertit adjutorium. Ex illo igitur, quod ante fuit observatu liberum, jam alterâ parte statuitur necessarium & quæ punctatio nomini יהוה prius vel propria vendicabatur, vel certè non denegabatur, illa nunc illi *aliena*, *adulterina*, *superstitiosa*, *vitiosa* esse perhibetur, & in illud per vocales & consonas suas pronunciantem capitis sententia fertur nec enim aliter Judæi credere possunt cum Talmud *inter illos quibus non sit pars* בעוה"ב *in seculo futuro*, ponat illum qui est: הוגה את השם באיתיותיו ſ. qui *pronunciat nomen gloriosum per literas suas* ut vid. licet in Sanhedrin perek 10. aph. 1 Atq; hic splendidam Scripturæ prætexunt autoritatem. *R. Salomo Jarchi* ad Exod. 3. 15. זה שמי לעלם Hoc *est. Nomen meum in seculum, Deficit*, inquit, *litera Vav. in* לעלם *quod notat illud explicandum esse* לעלם *ad occultandum, ut innuat nomen hoc non debere legi, sicut scribitur.* Sanè petulantia est S. literis indigna, ne quid gravius dicam, contra manifestam dicentis intentionem Scripturæ verba pervertere. Quid enim? quærit ibi Mosche divinum nomen? R. DEUS: *ita dices*

dices filiis Israel: Hoc est nomen meum non pronunciandum: sed occultandum, Nugæ. Et tamen illud Drusius ipse non veretur adducere: *Olim,* inquit, *cum puncta abessent licebat* (mira sanè licentia) *legere* לעלם *ad occultandum. Admodum enim occultant illud Judæi, nec DEUS vocari eo nomine promiscuè ab omnibus voluit. Tantum in templo pronuntiabatur à Sacerdotibus eo destructo desiit ejus pronuntiatio intantum, ut jam nesciant, qvomodo prolatum olim fuerit propriis suis vocalibus.* Hæc Drusius: de cujus tamen constantiâ in sententiâ dubito: *Ego,* inquit alibi, *sic sentio, cum nomen hoc proprias vocales non habeat, non possolegi suis consonantibus* יהוה. *Quomodo igitur inquies, legendum? per eas consonantes qvarum vocales ei substernuntur* h. e. *modo Adonai, modò Elohim* &c. *Hæc,* inquit, *tam certa sunt qvam quæ ad Sagram.* At qvam certus ipse fuerit in hac sententiâ seqvens statim pagina te docebit. *Samaritani,* inquit, *olim Sacrum* DEI *nomen legebant Jave: qvod contractum ex* יהוה *fiunt Jacob dicimus pro* יעקוב. *Deinde* ἐχχαικῶς *lectum Jahaveh pro* ירוה *sicut hodie legimus* יהרג *pro* יהרג *accidet. Ut ut sit, conjicio Iave germanam & genuinam esse lectionem nominis Tetragrammati,* de quâ *hodie tam operè controvertitur. Natio simplex Samaritanorum eam retinet, cur spernimus?* Videre hinc licet certitudinem Drusianam: Paulò

lò enim ante dixerat *nomen hoc Jod he Vav, he non posse legi, quia nullas amplius haberet proprias vocales* jam dicit *Pathach Scheva & Sagol esse veram nominū punctationem.* Mirari quis poterat quod illi ipsi, qui vitiosam vel adulterinam clamitant esse illam nostram per Scheva Cholem Kametz item Chatephsægolcholem & Chirek punctationem, illâ ipsâ tamen utantur in ipsius glorioſi nominis per Cinnuim אלהים & אדני lectione, & non potius suam, qvam Drusius *Iahve* Capellus *Iahvo* esse dicit, substituant veterem & genuinam punctationem & lectionem. Similis est perversio verborum in eodem Exodi loco זוה זכרי לדר ודר *Et hoc memoriale meum* da bey man mich nennen soll. ad quæ verba ita παρεμφερόμενοι Thalmudistæ in Kidduschin: *Dixit Rabbinorum quidam: Scriptum est* זה שמי. *Hoc est nomen meum:* Item זה זכרי *hoc est Memoriale meum. E. duo fuerunt nomina. Respondit DEUS: Non sicut scribor ita pronuncior. Scribor per Iod, He, Vav, He,: Sed pronuncior per Aleph Daleth i. e. Adonai* Idem habet Rab. Salomo in hunc locum, quos tamen rectè refutat R. Aben-Esra qui ad illa verba: *Et hoc est memoriale meum in seculum:* פירוש inquit *seu expositio horum verborum eadem est quæ, proximè antecedentium: Hoc est nomen meum in seculum sensus enim idem repetitur* במלות שנות *in vocibus diversis: Sed idem significantibus.* Tum: Non

dicit:

dicis: Adonai vel Elohim debere esse memoriale seu memoria JOD HE, VAV, HE: sed ipsum nomen Jehova in formali nominis ratione debere esse זכר seu memoriale ipsius DEI in seculum. Nec responsionem, merentur, quando Judæi hodierni, & qui illos hac in parte seqvuntur, ex loco Levit. 24. 11. colligunt *nomen hoc Sacrum per suas consonantes pronuntiantem, vel Jehova & Jehovi pro punctorum ratione legentem eodem lapidum Supplicio, quo filius ille mulieris Israelitidis* שלומית בת דברי למטה דן את השם dignum esse: additur enim expresse ויקלל vel ut Chaldæus OnK. פריש ית שמא וארגין i. e. *Expressit nomen DEI & blasphemavit, vel cum blasphemia expressit seu inter blasphemandum nomen illud magnum, reverendum, DEI proprium & essentiale expresse prætulit & pro nunciavit* nec enim ille ex divinâ sententia lapidat⁹ fuit, quod nudè & simpliciter nomen illud pronunciaverit: sed inter blasphemandum, ut אע explicat, inquiens: נקב שם יהוה מות יומת בעת שוקלל אתם יפרש השם יומת *si inter blasphemandum nomen DEI S.S. expresserit, morte afficiatur.* seu *Intempore illo, quo blasphemaverit, si pronunciaverit nomen illud, occidetur.* Drusium sanè & Capellum id adducere miror, ex sententiâ enim Judæorum illi ipsi se se capitis condemnant: concedunt enim: *nomen hoc posse legi suis consonantibus* (alter per *Iahve* alter per *Iahvoh* illud legendum dicit) adeoq;

adeoq; dum nos qui per Jehovah vel Jehovi legimus accusant, seipsos accusant ut ex Judeorũ sententiâ (quæ lapidum suppliciũ minatur omnibus illud nomen per consonantes suas pronunciantibus sive per *Iehovah*, vel *Iahvo* id fiat) semetipsos condemnent. *Patrum nobis, imò totius antiquitatis objicitur autoritas, quorum nemô ante Galatinum Iehova, vel Iehovi legerit.* Esto illud. Lubens enim concedo non apud Christianos saltem: sed & Judæos jam inde à secundi templi *πανολετρία* vulgarem fuisse nominis illius per ארני & אלהים lectionem, Id inquam, concedo: nec illius lectionis primos autores usq; adeò malè fecisse puto: Fundamentum eorum fuit SS nominis, (quod sanè cum summâ reverentiâ observandum, nec temerè, prout fieri solet, usurpandum) magnificentia: non vero Punctationis propriæ & genuinæ carentia, quæ semel efficta causam dedit superstitionis, *triplicis expositionis* & *necessariæ* per ארני & אלהים, quæ antea libera erat, *pronunciationis* Aliud enim est illud per ארני & אלהים legere reverentiæ vel religionis causâ: aliud necessariò hodie ita legendum contendere, & propriæ punctationis & pronunciationis per suas consonantes, naturam illi denegare. Licebit etiam hodie mihi prò יהוה legere vel השם vel ארני vel הקב"ה *DEUS Sanctus benedictus &c:* Ita ut legam: כה אמר הקב"ה imò

puto

puto in sermone prophano minus eo nos uti debere modo id fiat propter solam hujus tremendi nominis reverentiâ non ex illo negatæ propriæ & genuinæ punctationis præsuppositi vel fundamẽto. Sed quid hâc in re valet Patrũ, quã alias reveremur, autoritas? Qui superiorũ mille quadringentorum post Christum annorum historias noverit, noverit etiam, quanta fuerit ibi Linguarum Ebreæ præprimis, ignoratio- *Sexcenti olim Episcopi in Synodo Arminensi, quid sibi velit ὁ μοούσιος ignorarunt.* Imò major Linguæ S. barbaries, quæ in toto illo patrum millenario cum solo revixit, & occidit Hieronimo. Pauci ex quibus Hieronymus, quicquid habuerunt, Judæorum, quos hic semper Magistros, & perpetuos suarum versionum & operum adjutores & ὁδηγους habuit, fide vel institutione habuerunt. Quid igitur mirum, si vel illi, qui planẽ linguam hanc ignorarunt, nec Ebraicum codicem habuerunt, unquam etiam *Iehova & Iehovi* meminerunt? Vel si hunc, Hieronymum Puto, per Adonai & Elohim nomen illud legere præceptores Judæi docuerunt? Si inquam, in speciosas & probabiles satis Judæorum rationes omnes illi jurarunt? Per suasit Judæus Irenæo quod *nomen DEI Sanctum vocetur Barneth:* quod *JEsus significat Cœlum quod terra Sura Vsser dicatur. Quid Hosanna in Evangelio significat, sciri nequit,* dicit alicubi Augustinus, Miseret me potius illorum

illorum temporum & qvoties illorum subit memoria, toties quanta sit nostrorū præ illis felicitas non possum nonsimul recordari & DEUM Trinunum gratâ mente venerari. Ex Hieronymo sanè nihil certi constat: quicquid enim hâc de re dicit, à Judæis se accepisse dicit. Exod. quidem 6.3. Illud: *Et in nomine meo יהוה non innotui eis.* Vulgatus Interpres expressit: *Nomen meum ADONAI non indicavi eis.* At unde Hieronymum vulgatæ illius versionis autorem esse certò & evidenter probare poteris? Et sit illa interpretatio Hieronymiana, nihil aliud tamen inde potest inferri, qvam illum nomen Tetragrammaton interdum per כִּנּוּי seu Cognomen Adonai legisse: nevtiqvam vero illum propriam punctationem Tetragrammato denegasse. Sed audiamus quodnam illius lectionis fuerit apud patres doctiores fundamentum. Docebit id Nicolaus de Lyrâ in illius, quod memini, capitis 6. Exod. commentatione: *Est*, inquit, *in textu non* אדני: *Sed nomen Domini Tetragrammaton; veruntamen qvod apud Judæos hoc nomen tantæ sanctitatis reputatur quod non debeat nominari nisi à summo Sacerdote, & solum in benedictionibus fiendis intempla, ideo loco illius nominis pronunciatur Adonai*: Hæc Lyranus, unde patet ultimam ἐναλλαγὴν illius apud patres pronunciationis, fuisse Judæorum, à quibus id acceperunt, traditionem, & Linguæ ignorationem: fuerunt enim ex il-

lis, qui post vulgatam illam editionem, commentarios in Biblia scripserunt tam rudes, ut in illo loco Exodi. 6. v. 1. vel 2. explicando nomen אדני putaverint esse ipsum nomen gloriosum, qui nequidem sciverunt vel fando quicquam acceperunt de illo nomine יהוה quod facilè probarem nisi me illius misereret miseriæ. Refutasse me puto rationem primam à totius antiquitatis praxi acconsvetudine sumtam. Aggredior secundum *Nomen*, inquiunt, *tetragrammaton per* אדני *vel per* אלהים *si vel antecedit vel proxime sequitur* אדני *Pronunciandum esse docent rationes Grammatiæ.* I. Literæ serviles כלב præpositæ voci inchoatæ à Jod Schevato afficiuntur puncto Chirek præpositæ voci inchoatæ ab Aleph aut qualibet aliâ gutturali notata puncto (qualis est vox אֲדֹנָי) afficiuntur Pathach. At cum istæ literæ præponuntur Tetragrammato non afficiuntur Chirek: sed pathach ut בַּיהוָה בַּיְהוָה sic Literæ בגד כפת post literas quiescentes habent raphe: post mobiles perpetuò Dages Lene. Jam autem illæ literæ post Tetragrammaton perpetuo notantur puncto Dages, quod satis est argumento: non יהוה: sed אדני legendum esse. Possem consequentiam negare, item universalitatem tum hujus tum aliarum regularum, contrariorum exemplorum pluralitè infringere, si in eo versaretur hujus controversiæ cardo. Post אֲדֹנָי inquiunt, requiritur

Dages

Dages Lene: cum igitur post יְהוָה sit Dages Lene; per אדנ illud & legendum fuerit. At id non est universale. Psalmo sanè 68. v. 18 est אֲדֹנָי בָּם nullum hic Dages in ventre Beth: sic Jesa: 34. 11. Ezech 23. 42. Tum Regula illa: quod *Dages Lene Literis* בגדכפת *non nisi præcedente consonâ mobili imponatur exceptiones patitur plurimas:* scilicet: *Si sequatur dictio à duobus* בגדכפת *incipiens quæ unius organi sint & prior habeat Scheva &* quæ sunt cœteræ rationes quas Mappik, Maphfik, Dachik, Athe Merachik vocant Grammatici. Certè in libris quos metricos vocant, sæpissimè post vocem vocali longa aut literâ quiescente finitam ac nullo accentu regio instructam est Dages Lene in literis illis בגדכפת sic in Psal. 106. 7. אֲבוֹתֵינוּ בְּמִצְרַיִם Dages est in בְּמִצְרַיִם; ו Schurck in voce *Abothenu* sine Rege. Eadem ratio nominis JEHOVAH: contra sæpè post atnachi, Tiphecha &c. non in Psalmis, Jobo & proverbiis saltem: Sed & aliis scripturæ libris literæ illæ manent aspiratæ sic Gen. 19. 9. וַיִּפְצְרוּ בָאִישׁ in *verbo est Pafchta* manet tamen litera ב aspirata. Sic Amos 4. 10. est שִׁלַּחְתִּי בָּכֶם est ib Dages in bachem: at Kadma cum litera אחו in voce priori. Sic Gen. 21. 12. Exodi 9 1 c. 10. 6. c. 12. 25, c 12, 29. Ex exemplis patet: *interdum post vocalem longam, aut literam quiescentem nullo Rege instructam, sequentem literam Begad Ephat ac*

Dager lene: Sæpè item post vocem vocali longâ aut literâ quiescente finitam, ac accentu Regio instructam, sequentem literam begadkephat aspiratam manere, adeoq; *nec ex accentu Mapsik præsentiâ præsentiam Dages: nec ex ejus absentiâ absentiam Dages ejus, quod lene dicitur, inferri*: longè alia dandæ sunt Dagessationis illius rationes: Sed id alibi. Tum si post Munach & vocem quiescentem ultimâ, est Legarme virgula sc. recta tũ Dageslene ex sententiâ Grammaticorum locum habet insequenti literâ Begadkephat sic Gen. 3. 22. Gen. 18. 21. Exodi 12. 15. 19. 29. cum tamen eadem nec Regis officio, nec eodem, quo Rex, gaudere possit privilegio: illam enim non distinguere patet ex Gen. 17. 21. c. 18. 21. c. 19. 14. Et miror illos, qvos contrarios habemus, in hoc nomine DEI proprio SS. & à reliquis nominibus & vocibus earumq; ratione longè discreto, tam curiosè hic inquirere rationem Grammaticam & eandem planè cum cæteris vocibus analogiam. Dicat mihi aliquis annon sit contra analogiam Grammaticæ Dages forte post Scheva: & tamen illud perpetuum est in שֶׁהֵם idq; in omnibus iisq; innumeris ferè ejus locis. Certè: אין משפט הלשון דגש אחר שוא dicunt Grammatici: nec tamen ex inde vocalium proprietatem voci ei denegant, licet cum ratione grammaticâ non conveniat? Sunt ejus generis alia quibus ostendere possem non mirum esse,

esse, si & hoc ipsum nomen יהוה, quod proprium est DEI nomen, propriam quandam & â cœteris alienam rationē habeat: sed nolo nunc eo confugere. Videamus an illi ipsi qui per אֲדֹנָי & אֱלֹהִים legunt semper Grammaticam rationem observare possint: Exemplum tale do: *Si nomen Tegrammaton in punctatione per Chatephsegol cholem Chirek habet ipsa puncta* אֱלֹהִים *legendum etiam est* אלהים, utiq; in regimine debebat esse Zere pro Chirek. Sic Psalm. 69. v. 7 est יְהוִה צְבָאוֹת: Si hic legendum אֱלֹהִים צְבָאוֹת ubi tunc regimen? Si אֱלֹהֵי ubi tum punctatio Zere? Dicunt: propterea nomen יהוה habere puncta Chalephsegol Cholim Chirek seu puncta אלהים: ne bis legendum sit אֲדֹנָי אֲדֹנָי. At sunt tamen loca, in quibus ex illorum hypothesi legendum est bis Adonai Adonai. Ut Exod. 23. 17. c. 34. 6. & 23. Esa. 3. 1. c. 10. 16. & 33. c. 19. 4. Nechem. 10. 30. in quibus est יְהוִה אֲדוֹן יְהוִה vel יְהוִה אֲדֹנָי vel יְהוִה יְהוִה ubi ex illorum hypothesi legendū est vel Haadon adonai: vel Adonai, Adonai ita ut prius sit vicarium Tetragrammati: vel Adonai, Adonai ita ut utrumq; sit Tegrammatum: dicunt: יְהוִה habere punctationem אֲדֹנָי. Quæro ego: unde Jod habeat Scheva simplex, quod in אֲדֹנָי est Chatephpatach seu Scheva compositum? Dicunt א esse gutturalem: Jod minimè: proinde

illud Scheva compositum resolvi in Scheva simplex. Benè. Quæro rursus: unde verò יֱהוִֹה habeat ֱ seu Scheva compositum: Respondent ex אֱלֹהִים. Sed quare hic etiam Scheva compositum non resolvitur in Scheva simplex: est etiam א in אֱלֹהִים gutturalis, plane ut in Adonai. Certè si יְהוָֹה haberet punctationem Adonai: Jehovi verò punctationem Elohim: vel hic debebat etiam esse Scheva simplex sub Jod: vel supra etiam poterat esse ֱ sub Jod. vel exinde colligo, non esse punctationem אֲדֹנָי in יְהוָֹה nec puncta propria אֱלֹהִים in יֱהוִֹה nisi hoc dicere velis, eadem puncta quæ sunt in אֱלֹהִים etiam esse in יֱהוִֹה Chatephseg. scil. cholem & chireck qvod facile concedo, illa enim puncta habet: at non aliena vel adulterina: sed legitima. Dicunt veram nominis hujus punctationem esse per Pathach, Scheva simplex & Sægol vel cholem. Hinc quidam legendum putant *Jahve*, quidam *Jahvo*: Idq; probant ex exoticâ historiâ: πορφύριος ἐν τετάρτῳ κατὰ χριστιανῶν λόγῳ meminit Sanchumi athonis vetustissimi rerum phœnicicarum Scriptoris, qui fuerit εἰληφὼς seu qui accepit τὰ ὑπομνήματα περὶ Ιερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ Ιευὼ. Sed certè illud Ιευὼ, si modò de quo dubito est corruptum à Tetragrammato, magis fere inclinat ad Jehova: quam ad Jave vel Javo: Illu

ver

verò ridiculum quod ex versu illo Macrobij vel potius Apollinis Clarij s. Diaboli τέσιν suam probavolunt: Φράζεο τῶν πάντων ὕπατον θεὸν ἐμμεν' Ἰάω. Illud Ἰάω propius accedit ad Jave: quam ad Jehova: sed & id falsum: & ego non magni facio tale testimonium: apparet etiam Macrobium de Baccho loqui. Consultus enim Apollo, quis verè DEUS habendus sit, ita effatus est, referente Macrobio:

Ὄργια μεν δεδαῶτας ἔχρη νηπευθέα κεύθειν
Εν δ' ἀπάτῃ παύρη συνέσις, καὶ νοῦς ἀλαπαδνὸς
Φράζεο τὸν πάτων ὕπατον Θεὸν ἐμμεν' Ιάω

Dicunt: *Magnos vitos, & inter illos Tremellium & Munsterum idem sentire:* prius concedo: posterius nego: Quin ipse Drusius miratur Jun. & Tremellium in interpretatione Biblicâ *Jehova & Jehovi* redidisse, eosq; sed frigide refutare conatur. Ipsa satis versio poterit illos defendere. Munsterus verò Vir, in his literis nulli facile postponendus tantũ abest, ut illi suffragetur opinioni, ut potius majori semper literarum charactere nonomen JEHOVAH in Bibliis suis Latinis expresserit. Sed audiamus ipsum: Ita ille in Exod. 3. 14. Quando additur זה זכרי *Hoc est memoriale* meum: colligunt hinc Hebrei *nomen Tetragrammaton non proferendum secundum dispositionem punctorum & literarũ sed in animo tantum commemorari: non autem labiis exprimi debere:* Vide stultitiam

illorum hominum: licet nomen commemorare: non autem exprimere, & adeo superstitio illa invaluit apud Judæos, ut obstupescant ad hujus nominis prolationem, si fortè audiant ipsum à Christiano pronunciari, timeantq; ruere cœlū. Et quidem fieri potuit, ut initio Seniores Ebrei docuerint pueros suos legere pro Jehova Adonai, ne frequenti usu vilesceret apud pueros: sed hæc institutio cessit apud Judæos postea in maximas superstitiones. Idem ad c. 6. 1. JEHOVA, inquit, *est illud nomen DEI Sacrum & inffabile, non quia vox ipsa exprimi non possit, cum certis constet literis & Syllabis: Sed quia DEI natura ac essentia immutabilis, æterna, præsens, imperscrutabilis per ipsum significata à nullâ creatura possit exprimi cum sit infinita & ob id ineffabilis.* Hæc Munsterus nobis per omnia σύμφωνα. Ludovicus quidem Capellus Professor qvondà Ebreæ Lingaæ in Academiâ Salisburgensi in oratione de Lectione nominis Tetragrammati, adjuncta Tractatui, qui inscribitur סוֹד הנִיקוּד הנגלה rationem unam vel alterum adducit quæ tamen tanta non est ut dubium nobis facere possit: Dixi tamen, & iterum dico: licere cuilibet יְהוָה per אֲדֹנָי & אֱלֹהִים reverentiæ causâ exprimere: in vulgari usu vel ה׳׳ם vel שמים vel השם pro illo legere: quin etiam cuilibet suum lubens relinquo judicium, si quis ex illo, quod ex parte impugnavi, fundamento velit

velit per אדני & אלהים legere. Mihi, quod sanctè fateor: nondum fit verisimile. Argumenta pro sententiâ plura alias proponam., & exp. Huc illi, quos contrarios habemus, tendunt, ut obtento hoc de adulterina punctatione nominis Jod He Vav He, postea planè totam accentuationis & punctationis antiquitatem feliciùs oppugnare & Judæis, quos fingunt, Tiberiensibus post Talmudianis ascribere possint: cum tamen omnia illorum argumenta posita hac hypothesi, quod ratio punctorum & accentuum sit ab illis Tiberiensibus post Talmud. Judæis sponte suâ corruant, & hoc saltem quodammodo probare videantur: *ab illorum Masoretarum tempore per* אדני *lectum esse nomen tetragrammaton: antea verò aliter & fortasse per Jehova.* Nunc claudo discursum hunc de nomine DEI Sacro sancto, magna certè cum reverentiâ pronunciando, si duo meminero: Hodie quoq; nomen hoc glorioſum in die Kippurim exprimere Judæos in Synagogis ex antiquo more, cũ summa animi dimissione, hinc hodiernum in libro suo Liturgiarum habentur illa verba vetusta: בְּמִקְדָּשׁ אוֹמְרִים אֲנַחְנוּ אֶת הַשֵּׁם בִּכְתָבוֹ וּבְמְדִינָה בְּכִנּוּיוֹ *in Sanctuario pronunciamus nomen ejus per Scripturam* ejus: in urbe *autem per cognomen ejus.* 2. In omnibus iliud Scripturæ libris reperiri excepto קהלת seu Ecclesiaste, & שיר

שִׁיר הַשִּׁירִים seu Cantico Canticorum: in hoc enim nullum reperitur nomen Divinum. Dixi de nomine Tetragrammato quatenus est שֵׁם הֶעָצֶם: nunc de illo dicam, quatenus imitatur rationem שֵׁם הַתֹּאַר propter additionem nominis צְבָאוֹת.

De יְהוָה צְבָאוֹת

Dixi ante de nomine glorioso quatenus est שם העצם seu *nomen*, ut Grammatici vocant *proprium*. Nunc de eodem, qvatenus conjungitur in constructione cum nomine substantivo-plurali צְבָאוֹת dicam. Sciendum primo quomodo differat nomen proprium ab Appellativo, quod vocant, AbenEsra differentias ponit tres. 1. כל שם התאר יוצא בלשון רבים *Omne nomen appellatvum admittit plurale: proprium non item.* Sic à חָכָם dico חֲכָמִים at ab Abraham vel Iichak non dicere licebit Abrahamim. 2. שם העצם מבואר בהא הידעת ולא כן שם התאר seu: *Nomen appellativum declaratur per articulum* ה *seu* ה *notitiæ: Proprium non item.* Sic à חכם est הֶחָכָם at ab אברהם non dicitur הָאַבְרָהָם & היצחק &c. ולא כן 3. שם התאר וסמך שם העצם: *Nomen appellativum admittit regimen seu ponitur in regimine: proprium non item:* Sic חֲכַם לֵב: at non dicere licet יִצְחַק הַדּוֹר: Nam Nomen proprium pro-

propriam habet subsistentiam שם חעצם עומד בעצמו dicit אֶהְיֶה in Exod. 3. Posteriori ratione nomen יהוה quodammodò convenit cum שם התאר seu nomine appellativo: regit enim nomen substantivum Zebaoth: hinc igitur divinum nomen יהוה צבאות: quamquam sæpius etiam reperiatur in Scriptura יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת ut 2. Sam. 5. 10. 1 Reg. 19. 10. Qui ex nominis יהוה cum צבאות conjunctione, & ultimæ Syllabæ punctatione per ֶ vel chirek contra nostram de propria nominis illius punctatione sententiam vult argummentari, ille primò mihi rationem reddat, quare in nominis אלהים cum צבאות conjunctione non idem observetur: imò qvare in cæteris Scripturæ locis non semper servetur lex regiminis: ex multis adduco loca. 1. Chron. 15. 8. est נְבוּאָה עוֹרֵךְ הַנָּבִיא quin dabo pariter nomen proprium: Mosche. Locus est Esa. 63. 11. Sanè Esa. 3. 15. & qvater in uno Psalmo octogesimo est אלהים צבאות pro eo, quod alias undecies occurrit אלהי צבאות. Qvid igitur mirum, si & nomen hoc eadem qua אלהים, qua Mosche libertate, gaudeat. Quæ de nomine hoc cognoscenda seqventibus includam conclusionibus. 1. *Nunqvam in Scriptura solum nomen* צבאות *nomen Divinum:* Sed conjunctum vel cum אלהים vel *nomine glorioso. Multi*, ait Hebreorum præstantissimus

mus dicere conati sunt *Zebaoth* esse nomen divinum: at id non subsistit: nunquam enim separatum: Sed semper vel cum Elohim vel cum nomine glorioso conjunctum reperitur. Etrat igitur in Epistolâ ad Marcellam Hieronymus. 2. Nomen יהוה צבאות non *reperitur* nisi *in prophetis & Hagiographis*, & primò omnium 1. Sam. 1. 3. vel potius v. 11. prius enim est Autoris libri מְחַבֵּר הַסֵּפֶר: posterius sobolem precantis Hannæ: *Numquam in Lege.* 3. est verò & dicitur Dominus exercitiū ratione *exercitus & supernatis vel cælestis.* qui nec crescit, nec nec multiplicatur nec moritur: *& infernatis vel terrestris*, qui & crescit multiplicatur, & moritur. Ad illum *referuntur angeli & Stellæ cæli: ad hunc homines administrantes bella DEI.* De Angelis vid. Psal. 103. 20. 22. & 148. 2. Dan. 7. 9 Esa. 37. 35. hinc Jacobo dicitur obviam processisse Angeli qvos ipse vocavit castra אלהים Gen. 32. 1. 2. hinc illud πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου Lucæ. 2. 13. Luth. Die Menge der himlischen Herrschaaren quod Angelicam de recens nato Salvatore concionem conclusit insigni δόξολογία. De Stellis cœli Deut. 4 19. Esa. c. 24. 21. c. 40. 26. De hominibus Exodi. 12. 14. ubi Israelitæ qui turmatim egrediebantur exÆgypto, dicuntur צבאות יהוה Exercitus Domini sic Exodi. 7. 4. & Esa: 13. 4. de Medis 17. Hæc sententia de *triplici DEI exercitu*, propter quam dicitur

citur יהוה צבאות & in scriptura est egregiè fu-
nata: & in vetustissimâ Ebreorum Scholâ fuit ex-
plicata: Reperitur enim in אַגָּדָה seu exposi-
ne mysticâ antiqui alicujus Ebrei, qui גָּלִיל seu
Galileus vocatur: legitur ibi qvod DEUS ha-
beat tria secula & tres ZebaOth. *Seculum su-
premum dicit esse seculum Spirituum, angelorum &c.
& animarum: Intermedium Stellarum & orbium:*
infimum *hominum mortalium.* Sic ibidem legitur:
Exercitus superioris לא פרים לא רבים ולא
מתים: *Inferiores:* פרים וג׳ 4. *Exercitus su-
perior* (Angeli & Stellæ) *sunt propter inferiorem*
(i. e. hominem) De angelis res nota est. Sunt
enim λειτουργικὰ πνεύματα: *De Sole Lunâ &
Stellis* vid. Deut. 4. 19. ubi expressè dicit Mosche
qvod DEUS non uni alicui populo: Sed omnibus
omnino hominibus concesserit in beneficium
cœli Stellas: quin & hoc ipsum ex illarum
creationis fine satis patet, Dixi de nomine
יְיָ צְבָאוֹת

DE NOMINE DIVINO אֲדֹנָי

DE differentiis nominis proprij ab
appellativo, qvod vocant, item de nominis
יְיָ glorioſi conjunctione cum צבאות, significa-
tione, regiminis etiâ ratione dixi: nunc de nomine

Divi-

Divino אֲדֹנָי quod una vel altera conclusione breviter explicabo Primò igitur אֲדֹנָי cum *pathach profanum*: אֲדֹנָי *verò cū Kamez est nomen DEI Sacram, nomen* inquam *quod nec Angelis, nec ulli creaturæ competit: Sed soli DEO.* Accurate hoc est observandum, ne formam hanc cum prophana confundamus, cum ab אדון quod interdum *Sacrum* interdum *profanum*, plurale sit אֲדֹנִים cui si affixum primæ personæ addam est אֲדֹנָי Domini mei. Et licet in statu affixionis propter accentum regium Pathach in Kametz etiam hic mutari possit, non facile tamen hujus rei in Scriptura occurrit exemplum: quin accentum regium vim illam hic non semper exercere: sed potius in Scriptura hanc distinctionem retineri, docet locus Gen. 19 2. ubi est cum Sakephkaton, manente tamen pathach quod ibi sermo sit de Angelis Creatis. Buxtorfius in Lexico suo & Drusius de Angelis etiam divinis אֲדֹנָי cum dici putant. Id de Angelis creatis falsum: de Angelo increato, ipso DEI Filio verum. Adducunt id probaturi loca Gen. 18. 3. Jud. 6. 15. 22. At malè. Im priori enim loco id sacrum docet versus illius capitis primus. 13 17. 20. 22. & omnes fermè illius capitis, versiculi. *Jehova cum duobus Angelis Abrahamo apparet: Illum adorat in singulari numero vid. v 3. Cæteros invitat v. 4. coram illa subsistebat v. 22. Angeli illi duo Sodo-*

man

man pergunt & sub vesperam eò veniunr c. 19. 1. quos Lothus alloquitur: (ubi est Patach in אֲדֹנָי) recti igitur hoc in loco reddidit paraphr. Chald. per מָרַי Lutherus Noster: ΗΕΡΡ qvam Trémellius: per *Domini mei* posteriori vero loco Angelus qvi à Gideone salutatur אֲדֹנָי v. 15. Idem inquam versu proxime præcedenti ut & v. 23. vocatur יהוה & v. 22. אֲדֹנָי יְהוָה ut ita increatum illum fuisse, verumque DEUM, vel ex hinc constet. *Universalis igitur* esse videtur illa, quam jam dedi, regula: Conclusio II. אֲדֹנָי quando est nomen sacrum ex formâ potius sive terminatione pluraliabsolutâ qvam ex nomine plurali cum pronomine primæ personæ factum videtur, ut ita אֲדֹנָי sit plurale ab אָדוֹן ad formam חֲלֹנִים pro חַלֹּנִים Jerem. 22. 14. הָרִים חֲרָרִי Sech. 14. 5. &c. Sic שְׂרֵי שָׂרַי pro. שָׂרִים Hos. 10. 4. Jud. 5. 14. Significat verò eum Dominũ *qui basis sit & substentet omnia*, patet hinc, quid de illa conjunctione nominis hujus cũ nomine glorioso sentiamus, & salvâ Christianæ religionis veritate sentire possimus. Addo jam locum Esa. 6. visione divina & σεραφικῶ Seraphino insignem. *Anno enim mortis Vziæ propheta vidisse sedicit* אֶת אֲדֹנָי. *Visionem verò illam* S. S. Trinitatis revelatione conspicuam fuisse, adeoq; nomen illud אֲדֹנָי qvod in

v. 1.

v. 1. memoratur, respectum quendam ad misterium illud involuere, præter ternam nominis SANCTI repetitionem, docet allegatio vel explicatio N. T. Quod enim Esaias dicit vidisse את אדני. Johannes ad secundam: Paulus ad tertiam Divinitatis personam appliat: ille c. 12. ubi dicit Esaiam vidisse gloriam Christi. Chaldeus וְקָרָא רַבִּי hic Act. 28. 25. ut ita respectus ille Pluralitatis explicetur optimè in hoc exemplo. Tantum de Adonai.

De Nomine Divino אֶהְיֶה

TRia, ut jam ante memini, *sunt nomina DEUM ab ipsâ essendi ratione denominantia* יה יהוה & אהיה de quibus ait Rabbinus: אלה השלשה שמית הם שמות העצם ex quibus supersunt אֶהְיֶה & יָהּ: de quibus nunc erit agendum & quidem primò de אֶהְיֶה qvod in communiori seu profanâ significatione in scripturis est freqvens: at nullibi nisi in uno loco Exod. 3. 14. bis pro divino nomine usurpatur. Quæ sit hujus nominis significatio docet ipsa nominis formatio, & præter illam ipsius DEI interpretatio. Quærenti enim Mosi proprium aliquod DEI nomen, quod in legatione, scisitantibus Israelitis exprimere posset respondet DEUS אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה *Ebieh* i. e. אֲשֶׁר אֶהְיֶה. Hæc ipsius DEI est expositio, ut ita illud אֲשֶׁר אֶהְיֶה

sit פֵּרוּשׁ seu expositio ipsius præcedentis nominis אֶהְיֶה: sicut Sachar. 12. 8. כֵּאלֹהִים statim explicatur per כְּמַלְאַךְ יְהוָה & pulchrè hoc declarat Exod. 3. 15. Rabbinus אע his verbis: *Nomen* אהיה, ait, *est ejusdem significationis & numeri singularis, cum Sacro Sancto* DEI *nomine* יהיה *nisi quod* אהיה *significet personam primam* יהוה *vero personam tertiam, utrumq; vero significat æternam* DEI *essentiam.* Rabbinus Hiscuni: DEUS, inqvit, seipsum appellat יהוה qvod idem est cum יהוה licet hoc sit prophanum, illud nomen DEI Sacro-Sanctum. Hinc patet qvid sit judicandum de illius interpretatione & expositione. Hebræorum & Christianorum interpretum qvidam illud retinent: Sic Trem: *Ehejeh misit me ad vos*: qvidam per *sum* vel *Ero* reddiderunt. Munsterus: *Sum, qvi sum*, & Paulo post: *Sum misit me ad vos.* Vulg. *qvi est misit me ad vos.* Luth. **Ich werds seyn der hat mich zu euch gesand:** Omnes hi facilè conciliantur: qui enim per *Ehieh* exprimunt: Illi seqvuntur nominis hujus rationem propriam: qui per *sum* vel *est* reddiderunt etymologiam, & essentiæ divinæ æternitatem, omnes temporis differentias includentem adumbrare voluerunt. Apud Hebræos veteres egregias nominis hujus invenire licet paraphrases & expositiones. In Schemoth-Rabba (antiquissimo sc. In Exodum commentario nomen hoc paraphrasticè redditur per:

אֲנִי שֶׁהָיִיתִי *Ego qui fui, & ego idem nunc* ואני
ואני הוא עכשיו ואני הוא לעמיד לבוא
& ego idem infuturum eodem ferè modo nomen
hoc expositum reperire licet in Targumin seu pa-
raphrasibus. Caldaicis. Ita Targum Hierosoly-
mitanum: וַאֲמַר מֵימְרֵיהּ דַיָּי לְמֹשֶׁה דֵּין
וַאֲמַר לְעַלְמָא הֲוֵי וַהֲוֵי וַאֲמַר כְּדֵין תֵּימַר
לִבְנֵי ישר׳ אהיה שלחני אליכ. Jonathan ve-
rò (ei enim licet falsò, paraphrasis in Legem ter-
tia adscribitur) ita reddidit. *Ego ille, qvi sum, &
qvi futurus sum, misit me ad vos.* Onkelos no-
men אֶהְיֶה retinet. Rabbinus Bechai: *DEUS*
inquit, *benedictus imperat tribus temporibus, præ-
terito, præsenti & futuro, & nomen* אהיה *comple-
ctitur ista tria tempora.* Gerundensis vero hunc
locum sic interpretatur: *Est DEUS illa existentia*
(המציאת אד הקום) *qui nec præteriit, nec præter
ibit, qvi nunqvam cœpit, nec unqvam desinit sed qvi
transcendit omnem temporis rationem & qui Solus
dicere potest sum.* Est enim ipse omnis essentiæ atq;
vitæ fons, à quo omnia quæsunt, habent esse qvod
sunt. Ex dictis patet *In* אהיה *notari essentiæ di-
vinæ immutabilitatem, indivisibilem æternitatem
omnes finiti temporis differentias sibi coëxistentes
habentem* Dixi de nominis אהיה in Scripturis
*usurpatione, significatione, & interpretatione vel
expositione.*

De

De Nomine Divino אל

Dixi hactenus quæ necessario dicenda putavi de יהוה de יי צבאות de אדני de אלהי item de אלהים: restat, ut de cæteris, quæ supersunt, nominibus divinis אל & אהיה יה שרי pauca quædam pro præsentis instituti ratione dicam. Et jam quidem de אל.

1. Idem igitur, qui propter naturæ misericordiæq; constantiam יהוה: propter potentissimam omnium rerum basin seu sustentationem אדני: propter rationem judicij אלהים & אלה: idem, inqvam propter infinitæ fortitudinis & efficacitatis excellentiam dicitur אל: quo nomine eam vim, fortitudinemq; DEO scriptura tribuit, qvam homini inesse negat: Sic Ezech. 28. 2, 9. Sic אנוש & אל Job 9. 2. hinc Esa. 31. ut caro & Spiritus ita אל & אדם opponuntur.

מצרים אדם ולא אל וסוסיהם בשר ולא רוח

2. Fundamentum igitur hic est fortitudo (qvam expresse notat radix integra איל quæ semel obtinet in Scripturis Psal. 88. 5. ubi est גבר אין איל Vir sine robore. Semel, inquam, licet bis, at falsò, ut patet ex inspectione, citetur in concordantiis, & אַיִל, quod in significatione primaria habet fortitudinem, hinc Nebucadnezar dicitur אריה גוים fortitudo s. fortissimus gentium: Ezech. 31. 11. enim instatu constructo semper excidit, quin

&, cum integra ad aliqvid afficiendum vis & facultas ſ. robur cuipiam ineſſe ſignificatur cum voce יד præcedente in אל particula ל conjungitur, ſic Geneſ. 31. 29. Tum. Eſſet in poteſtate manus meæ. Luth. Ich hette durch GOttes hülffe wol ſo viel Macht rectiſſimè: cæterum qvi illius modi ſ. phraſeos intellectum vult habere propriũ, conferat Deut. 28. 32. Nehem. 5. 4. Prov. 3. 27. Mich. 2. 1. & ſimul deprehendet אל non in hac forma reperiri, niſi ſeqvente יד præcedente ל) cujus reſpectu primariò & ſingulariter tantum de vero DEO eoq; ſolo: nam idola ſunt לא אל Deut. 31. 21. Secundariò, & tantum in plurali (אֱלִים vel אלים) de viris excellentibus fortitudinis laude præſtantibus ſeu Heroibus dicitur. Sic Exod. 15. 11. & 15. Sic בני אלים Pſal. 89. 7. אילי הארץ 2. Reg. 24. 15. Docet id clarè omnium locorum collatio, quæ cum omnia fortitudinem vel potentiam ſuo objecto proportionalem πρῶτως connotent, vel inde patet hoc ipſum etiam nomen DEO appropriari reſpectu fortitudinis & infinitæ poteſtatis. Vid. Deut. 3. 24. c. 7. 21. Job 36. 5. 22. 26. c. 37. 5. Jeſ. 45. 22. 2. Sam. 22. 33. 48. Nechem. 1. 5. c. 9. 32. 3. Divinum nomen אל vel abſolutè ponitur ut Deut. 3. 24. Eſa. 12. 2. Eſa. 40. 18. vel conjungitur cum aliis nominibus DEUM vel à miſericordiæ vel fortitudinis & actu denominantibus: non rarò etiam cum aliis nominibus

minibus divinis conjungitur. Sic אל עליון Gen. 14. 20 21. אל שדי c. 17. 1. (cujus conjunctionis rationem dabo in expositione nominis שדי) אל רחום Exod. 34. 6. אל קבא DEUS fortis Potentissimus NB. ibid. v. 14. Vana enim sine viribus ira, אל גבור Esa. 9. 6. & 10. 20. NB. Sic אל אלהים יי Jos. 22. 22. NB. Psal. 50. 1. &c. Ubi salva manet ratio nominis proprij. Imitatur tamen formam nominis appellativi in ה articuli præpositione ut Gen. 31. 13. c. 46. 3. Deut. 10. 16. NB regiminis admissione, ut אל רעות 1. Sam. 2. 3. אל אכות Psal. 31. 6. אל בקמות Psal. 94. 1. אל גמלות Lev. 51. 56. & pronominis, personæ primæ affixione Exod. 15. 2. Psal. 18. 13. 22. 2. & 11. מבטן אמיאלי אתה. Cum nullo enim præterquam, primæ personæ affixo in scripturis reperitur. 4. A præpositione אֶל differt & significatione & punctatione, quæ hic est per ֶ nunquam per ֵ sic Esa. 10. אל אל גבור Job. 15. 13. תָּשִׁיב אל אל רוחך nisi cum affixo אֵלָיו: אֵלַיִךְ יְהוָה à pronomine vero sola significatione non punctatione. Bis enim אֶל octies, cum ה ab initio האל reperiri in significatione prophanâ s. pronominis, docet Masora: אלה האל תסבירין בלשון Gen. 36. 3. 5. Patet jam hinc, quid sit statuendum de nominis hujus interpretatione. LXX. & Apostoli per Θεὸν. Aquila Græcus interpres per ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν reddiderunt.

Eusebius: אל, ait, κατ' ἀνεξιβιαν sonare ἰσχὺν κατὰ δύναμιν: unde etiam illud geminatum אלי אלי in Ἐγκωδίᾳ Salvatoris nostri. LXX. & Marcus interpretantur Θεὸς μου Matth. Θεὸς μου. Aquila v. ἰσχυρέ μου, ἰσχυρέ μου, qua tamen Aquilæ interpretatione accuratiorem censet Drusius, si juxta Eusebium reddatur. ἰσχὺς μου, ἰσχύς μου vel δυναμίς μου, δυναμίς μου. Trem per DEUM fortem reddidit. Omnes illi facile conciliari possunt. Conveniunt enim in fundamento, quæ est fortitudo. Patet item, quid de versione Luth. Esa. 9. qui אל גבור per Krafft / held expressit, sit statuendum, illum scilicet optimè propriam & fundamentalem nominis אל significationem expressisse, licet, per D E U S fortis, potentissimus, si אל גבור conjungatur etiam. & rectius reddi possit: qui tamen illum ex sola accentuatione convincere volunt, minus rectè sentiunt. Nam Munach seqvente licet proxime Sakepkaton, non saltem voces unius individui sæpè distinguit in Chaggæo nostro videre licet c. 1. 13. Sed & dictionem, quæ diversum à sequenti voce Sakephkatonatà repræsentat individuum, non raro afficit, Sic חנניה & דניאל per Munach & Sakephkaton conjunguntur: nec tamen dicere licet Danielem fuisse ipsum Chananiam. Sic etiam אל גבור licet sit Munach seqvente Sakephkaton, non tamen ex accentuatione sola liqvidò demon-

strare

stare poteris, illas non disjungendas sed conjungendas esse dictiones: Illud enim non rarò fieri ubi vel de uno, vel de pluribus individuis aliquid dicitur, exemplis ostendi. Probatio illa peti debebat ex Jerem. 32. 18 Jes. 10. 21. ubi in utroq; est אל גבור licet in illo sit Mahpach cum Sakephkaton: in hoc Tiphcha cum Sylluk. Idem hic positus vocum, eadem constructio: eadem igitur requiritur duorum nominum conjunctio, qvam ita, in tali formâ, in tali vocum dispositione docet minister Munach vel Mahpach vel Tiphcha etiam propter membrum brevius seqvente Sakephkaton: vel post Tiphcha. Atnach vel Sylluk: præsupposito enim certo vocum positu, valet illa Regula, qvod duæ dictiones, qvas ordine afficiunt minister Munach & Sakephkaton regulariter, non disjungendæ: sed conjungendæ sint: ut adjectivum & substantivum vel substantivũ cũ substantivo per regimen: vel ut substantivum cum substantivo per appositionem: Vel ut verbum cum nomine: vel ut nomen cum verbo: qvorum omniũ exempla patent ex nostro Prophetâ. DIXI quæ dicere volui de nomine Divino אל.

De Nomine Divino שדי

EXplicabo nunc nomen שדי qvod itidem unum est ex illis nominibus, qvorum decem, sed minus rectè, in Ep. ad Marcellum recenset Hieronymus. Dicam verò de illius distinctione,

ctione, formatione, significatione. Primò igitur videndum, ne formam nominis שַׁדַּי cum forma plurali absolutâ שַׁדַּי à שָׂדֶה qvod agrum significat, & freqvens est in Bibliis Psal. 8 8. Psal. 50. 11. 104. 11 Esa. 56. 9. nec cum שדי ubera mea (à שַׁד mamma vel uber est שָׁדַיִם & cum aff. primæ personæ שַׁדַּי Cant. Sal. 1. 13. & c 8. 10.) confundatur: Qvod hæc moneam, facit Sanchumiaton vetustissimus & Mosis temporibus proximus Historicus Phœnicum, cujus historiam Græcè recenset Philo Biblius. Dicit hic qvendam DEUM Phœnicum ἀγρὸν ſ. ἀγρότην vocatum: Sed fallitur, cum nomen hoc שַׁדַּי vertit ἀγρὸν ſ. ἀγρότην. Totidem qvidem, iisdemq; literis scribitur nomen DEI qvot & qvibus שדי qvando agrum notat: sed puncto & vocali alterum ab altero distinguitur. שַׁדַּי enim, ut dixi Patach seqvente Dageschi & puncto in dextro cornu, DEUS est, aut DEI epitheton. At שַׁדַּי qvem ipse perperam ἀγρὸν aut ἀγρότην vocat, dicit unum esse ex diis, qvos præcipuè colerent Biblienses populares sui idem qvod obiter moneo, & ἐλωεὶμ qvosdam recensetinter Phœnicum Deos.

II. Nomen שַׁדַּי in qvibuscunq; reperitur Scripturæ locis (reperitur autem novies in Lege; qvater in Prophetis, trigesies, semel in Jobo, bis in Psalmis, bis in libro Ruth) semper DEI veri nomen est, nec ulli, præterqvam soli DEO tribuitur.

Hinc

Hinc jam patet, quomodo nomen hoc nomen DEI proprium vocari possit, qvoniam, licet omnipotentiæ respectū includat, soli tamen DEO competit & appropriatur. Duo nobis objiciunt Judæi & qvi eos sequitur Drusius loca, in quibus sit nomen prophanum. Alter est Ezech. 1. 26. ubi est קול שדי, alter Job. 22. 25. ubi vocem אע שדי interpretatur per תקיף: Illa nunc examinabo loca, ut pateat universalitas illius, qvem dixi, conclusionis, igitur primò Ezech. 1. 26. audisse se dicit, in animalium visione sonum alarum vehementissimum, similem sonui aqvarum multarum, & כקול שדי qvasi sonum omnipotentis DEI. Wie ein gedöne deß Allmächtigen: Ubi verissima manet & divini nominis ratio, & illa omnipotentiæ connotatio. Quid vero sit קול שדי explicatur tum v. seq. tum ipsa scripturæ phrasi v. Ps. 29. Interpretationem meam confirmat locus Ezech. 10. v. 5. ubi propheta simili phrasi, similem, qvem se audisse dicit, alarum Cherubinarum sonum describit, eumq; fuisse dicit כקול אל שדי ברבו quasi sonus DEI fortis, omnipotentis. Addo nunc Jon. Chald. qui illud כקול שדי exp. per כקלא מן קדם שדי sicut vox, vel sonus à Schadai, & R. Salomonem, qvi ita exponit illud בקול שדי sicut sonus expositus in Hagiographis Psal. 29. Sonus Jehovæ, in fortitudine sonus Jehovæ, frangit cedros. Alter locus, in qvo nomen pro-

prophanum esse dicit cum Judæis Drusius est: Job. 22. 25. Sed non minus, ut antè, sine ratione. Versu enim 21. 22. 23 jubet Themanites Jobum resipiscere, & per seriam pœnitentiam reverti אל שדי ad omnipotentem: ita enim fore dicit, ut non saltem res & fortuna ipsius redintegrentur, vel instaurentur, ita ut pro pulvere lectissimum aurum futurum sit, sed etiam gloriosius ab ipso DEO curentur: ipse enim שדי vel omnipotens DEUS (ad qvem svadebat se convertere) erit בצריך s. lectissimum aurum tuum. So wird der Allmächtige dein Gold seyn. i. e. Schaddai erit tibi non minus qvam aurum, delectabilis & gratus. Cujus & promissionis, & שדי vocis imò totius phraseos ratio explicatur. v. 26. כי אז על שדי תתענג. Nam tum in omnipotente DEO te ipsum oblectabis &c. quæ pulcherrima expositio & terna divini nominis ל שדי. in loco collatio, vel sola declarare poterat, id, qvod Judæi & Drusius negant. Illis præterea oppono Targum, ויתי שדי בזר תוקפך Et benedicet Saddai robori tuo. Evici veritatem vel universalitatem illius qvam dedi conclusionis: Nomen שדי semper in Scripturis esse Sacrum: nunqvam prophanum: semper item proprium nunqvam appellativum, adeò ut ne formam qvidem Appellativi imitetur. Pergo ad tertiam.

III. Nominis divini שדי etymon, verius videtur esse à שד qvod mammam vel uber significat:

quam

qvam à שרר qvod vastavit notat: vel à ש qui & די sufficiens. *Explicatio.*

Si unquam alibi: certè de nominis hujus Etymologia

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Nec lubens in tantâ dissentientium multitudine sententiam hic fero: sumat quisq; qvam voluerit, etymologiam. Ego meam saltem propono, nec tamen meam saltem: Sed & Lutheri, & fortassis aliorum. Tres video hic, easq; discrepantes Dd. opiniones, R. Salomo, Buxtorf. Drusius & alij explicant per שיש די, qui est sufficiens, quasi compositum sit ex pronomine inseparabili ש cum Pathach & nomine די sufficiens, qvo sensu forsan Aqvila, & LXX. per ἱκανὸν reddidetunt: qvamvis hoc sensu rectius exprimeretur vis originis per ἀνενδεὴς i. e. nullius indigus, vel αὐτάρκης i. e. qui sibi sufficit. Sed obstat ipsa compositio, quæ in cæteris nominibus divinis exulat: obstat locorum Scripturæ, in qvibus reperitur, collatio, qvibus non satis convenire videtur etymologiæ illius ratio. putant Aben Esra igitur & alij dictum, quasi שׁוֹדֵד à rad. שרר vastavit: quod quâ potentia singula creavit, eadem etiam in nihilum redigere possit. Convenientior esset hic etymi ratio, nisi item obstaret illorum in quibus primariò reperitur locorum collatio. Tum ipse Diabolus à שׂר שרר

seu

seu vastator dicitur, eiq; verius שׁוֹדֵד & שׁדד vastare convenit, qvàm DEO. Qui vocem שַׁדַּי formaliter seu propriè notare dicunt: Facere ut cedant sibi omnia, illi quodammodo meliorem, licet non absolutam etymologiæ illius rationem dare possent, modò illius significationis evidentiam vel veritatem demonstrarent. שׁדד mihi vastare, significat: id docet omnium omninò locorum collatio. Hæc igitur est mihi propria. Si jam abstractionibus Philosophicis hic uti velim, non magis in שׁדד qvam vastavit fortassis obineret illa significatio. Sed certè contra locorum omnium συμφωνίαν non facile multiplicare nos decet, significationes præprimis, ubi non urget necessitas. Mihi, salvo aliorum judicio, Lutherus hic optimè sensisse videtur: qvi nomen hoc à שׁד seu mammâ, vel ubere dictum existimant quasi mammosum dicas, qvod omnia alat ac nutriat. Addo ego hic ut sæpius aliàs esse concipiendam radicem שָׁדָה nutrivit hinc שׁד mamma, item uber, & שַׁדַּי qvod DEUM omnium alentem ac nutrientem notat. Atq; hinc forte est qvod Gentiles DEUM πολυμαστὸν nominarunt, i.e. mammosum respectu illius in alendis creaturis universalitatis. Græci Dianam postea πολυμαστὴν vocarunt. Hujus meæ sententiæ fundamentum dico esse etymologiam, & locorum præcipuorum, in quibus illud primò omnium reperitur, συμφωνίαν. Conf.

jam

jam saltem cum Exod. 6. 3. locus Gen. 17. 1. c. 28. 3. c. 35. 11. c. 43. 14. c. 48. 3. c. 49. 18. Sic Bileami benedictio dicitur מחזה שדי Num. 24. 4. 16. videbant ex his locis benedictiones factas esse בשם שדי si אל & שדי conjungantur, notatur miranda illa divinæ majestatis & benignitatis temperatura, qvod DEUS licet sit אל i. e. DEUS fortissimus, sit tamen etiam שדי i. e. alens universum creaturarum numerum. Hæc inqvam est, meo judicio, vera etymologiæ ratio & significatio: cui tamen non repugnat illorum, qvi per omnipotens illud expressêrunt, interpretatio: nempe cum ad id præstandum ille includatur. Quod si in cæteris & posterioribus Scripturæ locis non statim vobis apparebit hujus significationis connotatio, id vos velim cogitare, nomen hoc non appellativum: sed proprium esse, adeoq; primò illius respectu DEO tribui: postea verò ut in aliis fit divinis nominibus, illud soli DEO tribui, licet non semper appareat illa, qvam connotari hic dixi, ratio. Sufficiat nos in plurimis, iisq; primariis locis illam investigasse.

De Nominibus Divinis אֱלֹהִים & אֱלוֹהַּ

Conclusiones qvædam.

I.

Nomen אֱלוֹהַּ simpliciter & cum præfixis מ ל Job. 24. 2. Job. 12, 4. c. 36. 2.

D.11. Jobi 4. 17. sumtum soli vero DEO vendicat Scriptura, nunqvam vel creaturis, vel Idolis: nisi *fiat expressa limitatio*, ut semel fit Dan. 11.39. ubi est אלוה נכר, vel qvod itidem semel saltem fit, *pronominis affixio*, & sic sumitur pro *Idolo* ut Habac. 1.13. ubi est לֵאלהי pro לאלהיו & habet דרך בזיון seu speciem contemtus, uti enim nec אֲדֹנוֹ ita nec אֱלֹהוֹ dicitur de DEO vero in totâ scriptura. Videndum saltem ut tria in Daniele loca rectè explicentur: Illa enim speciem contradictionis præbent. Sunt v.Dan.11.37 &v.38. bis.

2. Nomen אֱלוֹהַּ *bis reperitur in Lege* Deut 32. 15. & 17. *bis in Prophetis* Esa.44. 8. Hab. 3. 3. *qvinqvagesies bis in Hagiographis* Jobo sc. qvadragies semel: Psalmis, qvater, ut Psal.19.32. 50. 22. 114.7.& 139.9. *Daniele* quater, in uno capite undecimo in libris Paralip. semel 2.Par.32.15 Nechemia semel c. 9.17. Hinc igitur descendit *peculiare nomen divinum* אלהים

3. Primum (numero sc. *non dignitate*) ex divinis nominibus in Scripturis est אלהים, qvod solum (& qvidem 32.) reperitur in descriptione τοῦ ἑξαημέρου, quæ est in pharascha Breschit usq; ad cap 2. Gen. versum 4. ubi cum nomine glorioso conjunctum reperitur primò omnium יי בלהים inde usq; ad c. 4. semper, & non nisi in colloquio serpentis, est יי אלהים nunqvam solum vel אלהים vel יהוה. à capite iterum qvarto ad usq; finem totius Legis nunquam reperitur יהוה אלהיה

אלהים sed distinctum vel אלהים vel יהוה si unum locum excipiamus qui est Exod. 9. 30. Buxtorf: concordant: I. in classe אלהים omittit locũ primum, ubi est יי אלהים Gen. 2. 4. II. concordantia habent Deut. 3. 24. יי אלהים sic etiam Deut. 9. 26. & Jos. 7. 7. ubi in Bibliis est אדני יהוה est igitur locus hic & malè allegatus & in illam classem relatus. III. Deut 5. 26. concord. sunt קל יי אלהים ubi delendum est יי.

4. Vetustissimi Ebrei nomini אלהים significationem Judicij s. מִדַּת הַדִּין inesse notarunt similiter plurale nomen אֱלֹהִים ut & illud: נעשה אדם &c. Gen. 1. 26. c. 3. 22. de *domo judicij* intellexerunt: Utrumq; rectè Nam *domus judicij* nihil aliud ipsis fuit SS. Personarum in divinis Trinitas, cujus umbra quædam sunt in Judicio vel consistorio *trium*, quot ad minimum Personæ requirebantur ad terrestrem Judicij domum. Tres personæ, aut alicubi רלב״ג, requiruntur ad judicium. Quare? quia appellantur אלהים. Præsupponit igitur hic Rabbinus in אלהים notari Trinitatem eamq; Personarum, adeoq; in domo judicij cœlestis esse tres Personas, patrem filium & Spiritum S. Errant v. R. Aben-Esra Kimchi, Jarchi, & nostris temporis Judæi, qui domum judicij interpretantur de Angelis, & eos in S. creationis consilium admittunt, contra scripturam Esa. 40. את מי נועץ & sua Targumim.

5. Vocem אלהים formatione s. terminatione

quin

quin & significatione esse לשון רבים s. plurale docet singulare.

6. אלהים in totâ Scriptura notat, vel DEUM, vel angelos, vel homines, vel Idola, qvod posterius tamen non fit, nisi ex accidente, mente sc. vel intentione colentium: Sicut Jerem. 28. 1. Chanania vocatur propheta, quia pro tali habebatur: Sic ille ψευδο Samuel 1. Sam. 28. 15.

7. Fundamentum in singulis est, *significatio judicij*, cujus respectu πρώτως de DEO glorioso: δευτέρως & κατ' ἀναλογίαν de Angelis, & Judicibus, DEI in administrandâ justitiâ legatis & vicariis ὁμωνύμως de falsis Ethnicorum diis seu Deastris dicitur.

8. Πρώτως igitur de vero DEO dicitur non tam respectu essentiæ, qvam personarum, qvarum datur in divinis pluralitas, ut ita analogia illius quæ intercedit huic voci conceptæ in ordine ad DEUM & in judices, ratio, fundetur *præter ipsum judicandi actum*, in ipsâ etiam personarū pluralitate non minus obtinet in אלהים divinis, qvam in Angelis & judicibus: imò qvod in אלהים *Trinitatem* crediderunt, propterea in suis etiam judiciis pluralitatem s. domo judicij cælestis Trinitate non minorem constituerunt Hebrei antiquissimi. Hinc illud: אין בית דין פחות משלשה.

De nominis hujus divini cum verbo, tam singulari quam plurali constructione, & singulari illius ratione dicetur alibi

חסלה ספר אזכרות
תהלה לשרן מרומות

F. Reppien.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314/phys_0063
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314/phys_0064
DFG

Varenius

35

UNIVERSITÄT ROSTOCK
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727098314/phys_0065
DFG

אלהים sed distinctum vel אלהים vel יהוה si unum locum excipiamus qui est Exod. 9. 30. Buxtorf: concordant: I. in classe אלהים omittit locū primum, ubi est יי אלהים Gen. 2. 4. II. concordantia habent Deut. 3. 24. יי אלהים sic etiam Deut. 9. 26. & Jos. 7. 7. ubi in Bibliis est אדני יהוה est igitur locus hic & malè allegatus & in illam classem relatus. III. Deut 5. 26. concord. sunt קל יי אלהים ubi delendum est יי.

4. Vetustissimi Ebrei nomini אלהים significationem Judicij s. כִּתַּת הַדִּין ineſſe notarunt. similiter plurale nomen אֱלֹהִים ut & illud: נעשה אדם &c. Gen. 1. 26. c. 3. 22. de *domo judicij* intellexerunt: Utrumq; rectè Nam *domus judicij* nihil aliud ipsis fuit SS. Personarum in divinis Trinitas, cujus umbra quædam sunt in Judicio vel consistorio *trium*, quot ad minimum Personæ requirebantur ad terrestrem Judicij domum. Tres personæ, aut alicubi רלב"ג, requiruntur ad judicium. Quare? quia appellantur אלהים. Præsupponit igitur hic Rabbinus in אלהים notari Trinitatem eamq; Personarum, adeoq; in domo judicij cœlestis esse tres Personas, patrem filium & Spiritum S. Errant v. R. Aben-Esra Kimchi, Jarchi, & nostris temporis Judæi, qui domum judicij interpretantur de Angelis, & eos in S. creationis consilium admittunt, contra scripturam Esa. 40. את מי נועץ & sua Targumim.

5. Vocem אלהים formatione s, terminatione

quin